

169.

IN
TEXTUM EXEQVIALEM,
SINE LUCTU ET DESIDERIO
FELICITER EXPLICANDUM.



* * *

Hic igitur TEXTUS nostrâ resonabit
in æde,
Nec tamen exeqvias cogimur ire
Tuas.

quàm FIDUS PATER, atq; BO-
NUS, quàm plenus AMORE,

GRATIA continuet quanta, subinde feres.
Te monstrante PATREM, REMANE BIMUS
atq; SEQVEMUR:

Respondebit AMOR, SPES nec amoena
cadet.

Det DEUS ut totum Verba hæc repetita per annum
Præcone haud alio, ceu mera mella fluant!

FUNE BRIS & populo placeat sine funere TEX-
TUS:

Donec id officium serior annus agat.

d. 28. Novembr. 1700.